



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Correptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

potest tamē furtum ex quantitate grauius esse  
 \* Quia laeditur honor diuitijs potior, vide  
*Caiet. Verf. Contumelia.*

*Correptio, vide Denunciatio, Iudicia-  
 les actus.*

1 **C**orripere tenetur quisque proximum  
 de peccato quod certò fecit esse morta-  
 le, si potest sine suo graui dāno, & credat pro-  
 futurum, nec illum sine correptione emendā-  
 dum, estq; tempus corripiendi oportunum.

\* *Nau.c.24.nu.12. Fu.corrept.num.2.*

Cum periculo mortis non teneri priuatum,  
 ad corripiendum, & Prælatum sub veniali, di-  
 xit Vict. Caiet. &c alij contrarium docent, &  
*Bannes 2.2.q.33. art. 3. dub. 4.* si peccator sit in  
 vitæ fine.

2 Omittere correptionem frequenter venia-  
 le peccatum est. Vide *Aug. 1.ciu.ca.9.* In Præla-  
 tis tamen quorum maior est obligatio subdi-  
 tos corripiendi, facile potest esse mortale, si et  
 negligentia, aut timore correptionem nece-  
 sariam omittant.

\* *Vide Val.t.3.d.3.q.10.p.2.D.Th.2.2. q.33. art.  
 2.Sot.deratione reg.m.q.2.concl.6. & 9.Io.B.Cat.  
 q.32.4.*

3 Corripere publicè peccantem publicè, fecit  
 non tenetur, qui non est peccantis Superior.

\* *Cum crimen est publicum, potest statim  
 superio-*

superiori indicari, si sit fratrem correcturus.  
*Val.l.c.p.5.vers. In corrip.*

4 Denunciare peccantem Superiori, non  
oportet, si non speretur ex eo correctio, aut  
correptio sufficiat ad emendationem, aut si  
quis videat patrem suum peccantem.

\**Vide Sot.l.c.concl.5.cond.2.*

5 Potest quis ante correptionem Prælato  
denunciare, si peccatum est publicum, aut in  
damnum tertij, aut alioqui Reipub. pernici-  
osum, vel Communitali, aut Prælatus vir  
prudens, & probus. *Vide Thom. 2. 2.q.33. &  
quodlib. II. q.13. & 4. dist. 19.*

\* Alias non Nauar.c.24.nu.14. *Vide Val.l.c.  
Bannes.art.8.Fu.nu.4.*

Addit⁹ Præceptum diuinum de corrept. ex ge-  
nere ad p.m. obligat. vt obliget, debet adesse  
peccati cognitio, spes cōuerlionis, oportuni-  
tas. *Sot.de ratione teg.m. 2. q.2.concl. 4.* si pec-  
cator nil profuturus videatur, si iam ad bo-  
nam frugem rediit, si speretur fore, vt ex se,  
vel alio corripiente resipiscat, si crimen sit  
veniale, vel mortale incertum, si exspectetur  
aptior locus, aut tempus ad id faciendum, nō  
est adhibenda correptio. *Val.l.c.p.2.*

Peccatum lethale, vel veniale ad lethale  
ordinatum, & simplex veniale in Prælato re-  
gulari necessaria materia correptionis si cō-  
current cognitio peccati, spes resipiscientiæ,  
opportunitas. *Sot.l.c.concl.2. & 3.*

F

Correptio-

Correptionem omittere aliquando vim  
charitatis, aliquando p.m. interdum p.v. &  
ib. concl. s. quam videas.

*Credere, vide Fides. Crimen.*

**C**rimen læsa maiestatis non incurrit,  
non est Principi subditus.

\* *Syl. vers. Maiestas.*

*Culpa.*

**C**ulpa lata dicitur, quam homines con-  
muniter vitare solent: leuis quam  
gentes, leuissima, quam diligentissimi.

\* *Vide Syl. Culpa n. 1. Garziam c. 2. num. 14  
de cont. Nau. c. 17. nu. 178. P. N. l. 2. cap. 1. nu. 52.*

**2** Si contractus sit in fauorem vnius solu-  
tenetur is de culpa etiam leuissima: alter  
solūm de dolo: si autem in fauorem vni-  
que, vterque tenetur de leui. Ita Nauarr.  
Iureconsultis, quod ego seruandum puto  
Foro exteriori: alioqui in conscientia ne-  
tenetur nisi de culpa lata, seu mortali: nulli  
ud sit conuentum, aut res esset eiusmodi  
exactam requireret diligentiam, & per no-  
gentiam læsa esset: quamquam in ijs multi  
potest prudentia & æquitatis ratio, qui  
agendum, decernere.

\* *Lege Syl. commodatum: 6. h. 22. n. 179.  
Nau. l. c. nu. 179. {Culpa lata} Vnde Conar.  
6. §. 8. nu. 12. epit. Ang. Culpa. 6. Adria. de refi-*